



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliæ  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>  
Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Feria ij. Litaniarum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

ram agamus in omni pietate & castitate hoc enim bonum est & acceptum coram salvatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.

## FERIA SECUNDA POST

Vocem iucunditatis, in litanis  
maioribus. Iacobi. V

Charissimi, Cōfitemini alterutrum pec-  
cata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini  
Et reliqua.

**A**d optimum salutis nostrae remedium hor-  
tatur nos apostolus Iacobus, ut præsentि le-  
ctione cū legeretur, auditis dilectissimi no-  
bis. [Confitemini, inquit, alterutrum peccata ue-  
stra.] Non q̄ deus indigeat cōfessione nostra, cui  
omnia præsto sunt quæ cogitamus, loquimur &  
agimus, sed nos aliter salui esse non possumus, ni  
si cōfitemamur pœnitentes, qd inique gessimus  
delinquēres. Nam qui seipsum accusat in peccatis su-  
it, hunc diabolus non habet iterum accusare in die  
iudicij. Debet em̄ pœnitens diluere pœnitēdo quæ  
fecit, & non iterum reuocare quod fleuit. Qui aut̄  
abscondit scelera sua, non dirigetur: q̄ aut̄ confes-  
sus fuerit & reliquerit ea, a deo misericordiæ ueni-  
am merebitur æternam [& orate pro inuicem ut  
saluemini. [Duo enim sunt genera infirmitatis hu-  
manæ, id est, corporis & animæ. Proinde uero mon-  
net Apostolus orare deum omnipotentem pro  
utraq; infirmitate nostra pro inuicē diuinę clemē-  
tię remedium postulare, ut & corpus in suo san-  
cto seruitio corroboret, & animam ab æternō li-  
beret supplicio]

Pro. 281

k iii

Multum enim ualeat deprecationis iusti assilia  
dua.] ¶ Nam negligentes orationes, nec ab ipso  
homine impetrare ualent quod uolunt: multo mi-  
nus a deo alteri orando ueniam ualeat obtinere, q.  
pro suis etiam peccatis necesse habet suppliciter  
exorare, & negligentem orat pro ictem ipso. Asili-  
dua enim debet esse fidelium deprecationis, si obtinere  
cupit quod perit. Tamen cum pro inimicis nostris nos  
dominus orare uobis, quanto magis etiam pro ami-  
cis & fidelibus nostris: Quia si fideliter oram⁹, nō  
pro nobis ictip̄is tamen, sed & pro fratribus nostris  
etiam intente orate debemus, ut salvi esse merean-  
tur: quia affiduitas orandi praestat nobis auxilium  
in aduersis. Sequitur:

**3 Re. 17** Elias homo erat similis nobis, passibilis,  
& oratione orauit, ut non plueret super terram, &  
non pluit annos tres & menses sex. [ Videbat enim  
iniquitate populi sui quasi tenebris mundum oper-  
tum, cælum pollutum, terrā inquinatā sacrificiis idolorum,  
accensusque zelo orauit, ut forte per fa-  
mem & sterilitatem terrę conuerteretur ad dñm,  
& pœnitentiam agerent de peccatis suis. Talibus  
enim coacti supplicijs, dum conuerteretur se a via sua  
& a prauitatibus suis multis, pœnitentiam a gen-  
tibus, ad misericordiam dei deflecebant. Sequitur:

Et rursum orauit, & cælum dedit plu-  
am, & terra dedit fructum suum. ] Iusti enim viri  
dum temporaliter a dño audiuntur, orantes pro  
reatu aliorum, sicut hoc in spe & salute: & dum his  
pro quibus orant, temporali remedio subuenitur,  
prauorum oculi ad suorum peccatorum confessi-  
ōnem aperiuntur, ita ut pœnitendo & confi-endo,  
remedia suorum percipiant animarum. Et ut ter-

ra arida pluvijs irrigata, fructum profert necessaria  
rium: ita & istorum dura corda, per compunctio-  
nem irrigata lachrymarum & infusionem gra-  
tiae dei, quam penitendo meretur, fructum eti-  
am postea bonorum proferunt operum.

Si quis autem errauerit ex uobis a uerita-  
te, & conuerterit quis eum, scire debet quoniam qui  
conuerterit peccatorem ab errore uiae suae, sal-  
uabit animam eius a morte, & operit multitudi-  
nem peccatorum, Ihsu uidelicet & aliorum, quos  
per doctrinam suam couerti a peccato. Cum ue-  
ro nobis fratres quilibet nostri peccata sua, tanq;  
medicis uulnera, quibus urgentur, aperiunt, ope-  
ram debemus dare, ut quanto yus ad sanitatem,  
deo aut ore, pertueriant, ne in peius, dissimilata cu-  
ratione, proficiant. Ea autem crima quorumlibet,  
si ipsis criminosis confiteri nolentibus, unde-  
cunq; claruerint, quæcunq; non fuerint peniten-  
tiae leni medicamento sanata, uelut igne piæ incre-  
pationis reprehendenda sunt ac curada. Quod si  
nec sic quidè aquanimitus sustinetis, ac pie incre-  
patis medela processerit in eis, qui diu portati &  
salubriter obiurgati, corrigi noluerint, tanquam  
putres corporis partes debent ferro excōmunicatio-  
nis abscondi: ne sicut caro morbis emortua, si  
abscissa non fuerit, salutem reliquæ carnis putre-  
dinis suæ cōtagione corruptit: ita isti qui emen-  
dari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si mori-  
bus depravatis in sanctorum societate permane-  
rint, eo exemplo suæ perditionis inficiant. Por-  
ro illi quæcum peccata humanam notitiam latent,  
nec ab ipsis confessione, nec ab aliis publicata, si  
ea confiteri uel emendare noluerint, deum quem

K. iiiij

habent testem, ipsum habituri sunt & ultorem. Et quod eis prodest humanum uitare iudicium, si cum in malo suo permanerint, ituri sunt in aeternum, deo retribuente, supplicium? Quod si ipsi sibi iudices fiant, & uelut suæ iniquitatis ultores, hic in se uoluntariam poenam seuerissimæ animaduersionis exerceant, temporalibus poenis mutabunt aeterna supplicia, & lachrymis ex uera compunctione cordis fluentibus restinguent aeterni ignis incendia, largiente domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

## FERIA SECUND A POST

Vocem incunditatis, in litanijs maioribus.

Lucæ. XI.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte. Et reliqua.

**S**cens dominus Iesus Christus post amissionem liberi arbitrij, nullum bonum a nobisipsis nos habere posse, non solum ad orandum deuotissimos, sed etiam instantissimos hortatur & admonet, ut quod minus natura possibiliter in nobis habet, orando ab illo impetretur qui ait, Sine me nihil potestis facere. Nam cum in oratione incumberet, ut supra euangelicus sermo retulit, accesserunt ad eum discipuli eius, & interrogauerunt eum, dicentes: Domine, doce nos orare, sicut Iohannes docuit discipulos suos. Quibus ille ait, Sic ergo orate: Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen tuum &c. quæ sequuntur. In quibus uerbis, quid

Ioh. 15.

Luc. II.

principaliter in oratione petere debeamus, breui  
ter comprehendit, ac deinde cum quanta instātia  
in oratione perseverare oporteat, adiuncta simili  
tudine declarauit, dicens: [Q]uis uestrum habebit  
amicum, & ibit ad illum media nocte? Spiritali-  
ter amicus iste, deus omnipotens intelligitur, qui  
cum sit deus & cōditor totius creaturæ, fideles fer-  
uos amicos uocare dignatus est, dicens: Vos ami-  
ci mei estis. Et item: Iam non dicam uos seruos,  
sed amicos maos. Et rursus, Vos aut̄ dixi amicos Ibid.  
meos. ¶ Nox in hoc loco tribulationem signifi-  
cat, sicut cū dies ad lātitiam, sic nox aliquando  
ad tristitiam pertinet. Veniendum est ad amicum  
media nocte, quia in tribulationis pressūra nō ani-  
mum ad vindictā p̄parare, neq; nos metipsoſ de-  
sperare uel frangere debemus, sed ciuſ auxiliū fla-  
gitare qui ait: In mundo pressūram habebitis, sed Ioh. 16.  
cōfidite, quia ego uici mundum. cum enim domi-  
nus semper sit rogandus, maxime tamen cum per-  
secutio furit & sævit. Ne in tribulatione defici-  
amus, eius adiutoriū postulare debemus, sicut Psal-  
mista, qui dicebat: Ad dominum cum tribularer Psal. 119  
clamaui, & exaudiuit me. & iterum: De tribulati-  
one inuocauī dominum &c. Quid autem in ora- psal. 117  
tione petere debeamus, declarat subiiciens:

Amice, commoda mihi tres panes, quoni-  
am amicus meus uenit de uia ad me, & nō habeo  
qd̄ ponā ante illum, ¶ Hoc em̄ in oratione q̄rere,  
hoc etiā petere debemus, ut notitiā & amorē san-  
cte trinitatis nostris cordibus infundat. Siue certe  
tres panes in oratiōe petere debemus, id est, fidem,  
spem & charitatē. Amic⁹ autē iste q̄ de uia uenire  
dicitur, noster est anim⁹, q̄ toties a nobis recedit, q̄

K v

ties per lata huius seculi desideria sese cogitando diffundit. Tunc autem ad nos de via reuerteritur, quando mens sese ante se ponens, tristitia conteneret, & ea que aeterna & permanentia sunt, sitire & desiderare incipit. Sed ne fame pereat, amicus rogandus est, id est, misericordia domini imploranda, ut comedere nobis tres panes, hoc est, ut amor sancte trinitatis (ut dictum est) nostris cordibus largiatur. Et quia Deus omnipotens aliquam nostra desideria dilatat, non ut praemium minuat, sed ut meritum augeat, recte subiungitur:

Et ille deintus respondens, dicit: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare libi. ] Ostium amici, intelligentia est diuini mysterij, quod optabat Paulus sibi aperiri ad loquendum uerbum dei cum fiducia. Hoc ergo ostium tandem nobis clausum est, quousque per diuinam gratiam nobis aperiatur ad cognoscenda diuina mysteria. Pueri uero patris familias, apostoli siue successores eorum intelligentia sunt. Et bene cum eo in cubiculo memoratur esse,

**Psa. 149** quia iam in aeterna regne sunt recepti, de quibus per prophetam dicitur: Exultabunt sancti in gloria, laetabitur in cubiculis suis. ¶ Et pulchre hi qui in cubiculo esse memoratur, pueri vocatur: quia illi ad aeternam requiem sunt uenienti, qui puri & innocentes existunt, quales erant illi de quibus dominus dixit: Pueri, nunc quod pulmentarium habentis. Et iterum: Sinite parvulos **Joh. 21.** uenire ad me, talium est enim regnum celorum. Tales **Mar. 19.** optabat Petrus apostolus suos fieri auditores, quibus dicebat: Quasi modo geniti infantes ratiocinables, sine dolo, lac cōcupiscite, ut in eo crescatis in salutem.

Et ille si perseverauerit pulsans, dico uo-

bis, & si nō dabit illi surgens, eo qd amicus eius sit, ppter improbitatem th eius surget, & dabit ei quorundam habet necessarios.

Cōparatio hic sit a minori, ut intelligas, qa & si homo nō amici causa, sed trādio uictus, dat qd prius negauerat, multo magis bona se p etētibus dñs dabit, qñ ipse nos ut petamus admonet. Nisi enim ea p̄fātare ueller, nequaquam nos ad petendum inuitaret. Vnde cum alibi doceret quia oportet semper orare & non deficere, posuit similitudinē de iudice iniquitatis, quem interpellabat quædā uidea, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hęc trādio ui-  
etus, dicit intra sc: Ei si deum non timeo, nec ho-  
minem reuereor, tamen quia molesta est mihi hęc  
uidea, vindicabo illam. Vult enim deus nos im-  
portunos esse in pēdo, ut sua gratuita dona, no-  
stra sint merita. Semper enim aures diuine pīta-  
tis orationibus nostris aperitae sunt, si tamen a p̄c-  
cibus nostris non cessemus, & in fide non dubite-  
mus, Iacobo apostolo teste, qui ait: Si quis uestrū  
indiget sapientia, postulet a deo, qui dat affluen-  
ter omnibus, & nō improperat, & dabitur ei. Po-  
stulet autem in fide, nihil hæsitans. Vnde exponens  
dñs similitudinem propositam, adiunxit dicens:

Lucr. 18.

Iaco. 1.

Et ego uobis dico: Petete, & dabitur uo-  
bis; querite, & inuenietis; pulsate, & aperi-  
tur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: &  
qui querit, inuenit. & pulsanti aperiatur. ] Petēda  
est ergo uita æterna orando, querendo, uiuendo,  
pulsando, in bonis actibus perseverando. Duo em̄

sunt quæ in oratione solite cōsiderare debemus,  
Primo, ut ea petamus quæ deus uult: secundo, ut  
nostra uita a nostris præcibus non discordet. Fru-  
stra enim orationi insistit, qui uel ea petit q̄ a deo dis-  
plicent, uel si bona sunt quæ petit, peruerse uiuēdo-  
se indignū exhibet. Vnde Iacob⁹ apostolus ait: Pe-

**Jac. 4.**

titis, & nō accipitis, eo q̄ male peratis. Et sic ut ait  
**Pro. 28.**

Salomon, Qui auertit aurem suā ne audiat legem,  
oratio eius erit execrabilis. Quæ ait sunt, q̄ prin-  
cipaliter in oratione petenda sint, deus alibi mani-  
festat dicens: Primum quærite regnum dei & iusti-  
tiam eius, & omnia adiacentur uobis. Et itē: Peti-  
re, & accipietis, ut gaudium uestrū plenum sit. Et

**Mat. 6.**

ne nos in oratione quod petimus, accepturos de-  
spemus, adhuc dominus aliā similitudinem ad-  
iungit, dicens:

**Quis autem ex uobis patrem petit panē,**  
nunquid lapide in dabit illi? Aut pisces, nunquid  
q̄ pisce serpētem dabit illi? Aut si petierit ouum,  
nunquid porriget illi scorpionem? ¶ Panis in hoc  
loco charitatem significat. Et pulchre, quia sicut  
panis principalis est in uictualibus hominū, sic cha-  
ritas iter ceteras uirtutes principatū tenet. Q[uod]  
dñs ostendit, qn̄ requisitus a scriba docto, quod es-  
set maximum mādatum in lege, respōdit: Diliges  
dñm deum tuum, &c. usq; hoc est primum & ma-

**Mat. 22.**

ximum mandatum. Vel certe per panem charitas  
designatur, q̄sia sicut mensa quāvis uarijs cibis sit  
repleta, tamen sine pane inops esse uidetur, sic cæ-  
teræ uirtutes sine charitate nihil esse comproban-  
tur, sicut ait saluator in euangelio: O m̄i habēti da-

**Mat. 25.** bitur, & abundabit. Vnde Apostolus ait: Si lin-  
guis hominum loquar & angelorum, charitatem

aut non habeam, factus sum uelut a sonans aut cymbalum timiens. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero incibos pauperum omnes facultates meas, & si tradi dero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Huic contrarius est lapis, i.e. duritia cordis & immisericordia. Piscis autem fidem significat, & cognitio satis. Nam sicut piscis aqua nutritur, ita fides baptismo roboratur, dicente domino: Qui crediderit & habet Mar. 16: ptizatus fuerit. Vel certe per piscem fides figuratur, quia sicut piscis sub aquis latet, sic fides illarum rerum est, quae non uidentur, dicente Apostolo: Est fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparatum. Vel certe aliter, per piscem fides intelligitur: quia sicut piscis quo amplius fluctibus tunditur, eo magis crescit: sic fides quo amplius persecutiones partitur, eo magis proficit, de qua dominus ait: Si habueritis fidem sicut granum similes, diceretis moti huic, transi hinc, & transiret. Huic contrarius est serpens, uidelicet infidelitas, siue uenenosae cogitationes, quae animam interimere conantur. In ouo figuratur spes, quia sicut in ouo futurus nō dum cernitur, sed futurus creditur: sic spes non uideretur oculo, sed speratur mente, sicut apostolus ait: Nam quod uider quis, quod sperat. Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Huic contrarius est scorpio, aculeum in cauda gestans, i.e. desperatio, quae nos ab ouis penitibus retro retrahere conatur. ¶ In his ergo similitudinibus hoc dominus ostendit, quia cum sit

Mat. 17.

Rom. 8.

ipse pius & claraens, nulli bona pertentia, mala tribuit. Non enim pro pane lapidem donat, quia charitatem amanti durum & immisericordem animum non tribuit. Nec pro pisce serpentem donat, quia fidem querentes nequaquam ad infidelitatem cogit. Sed neque pro ouo porrigit scorpionem, quia qui in se habet spem, in desperationem cadere non compellit. Proprium est autem immensa bonitati eius, aliquando malos facere bonos, nunquam autem bono compellere ut sint mali. Vnde adhuc conclusit sententiam, dicens:

Si ergo uos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester de celo dabit spiritum bonum pertentibus se? ] ¶ Vbi emidenter nomen nostrum manifestatur, cum dicitur: [ Cum sitis mali. ] Boni enim a deo conditi, uirtus mali sumus affecti. Si autem nostra bonitas eius bonitati comparetur, nec bonitas esse nomina tur. Facti ergo mali per malam intentionem, patrem habemus in celis per conditionem. Ac si diceret dominus: Si uos cum sitis mali, bona dona filiis uestris tribuitis, i.e. panem, pisces, ouum, & quae humana consuetudo inter bona presentis uitæ enumerare consuevit: [ multo magis pater de celo dabit spiritum bonum pertentibus se. ] Ut scilicet eius spiritu illuminari, non solum fidem, spem, & charitatem petere discant, sed etiam accipere mereantur. Cum ergo dicit, [ dabit spiritum bonum pertentibus se, ] omnes uirtutes animæ comprehendit: quoniam omnia bona quae hominibus a deo dantur, per spiritum sanctum administrantur, teste Apostolo qui ait: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et item Alij genera

Rom. 5.

Co. 12.

ingrām, alijs interpretatio sermonū, alijs discrecio  
spirituum. Hæc autem omnia operatur unus arq  
idei spiritus, diuidens singulis prout uult.

## FERIA TERTIA

Litanīcum, post Vocem iucunditatis.  
Matthæi VII.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Pe  
gite, & dabitur uobis: querite, & inuenietis:  
pulsate, & aperietur uobis. Et reliqua.

**P**oterat alijs ex auditorib⁹ dñi dicere: Quo  
modo nos p̄cipis sanctū non dare canibus,  
neq; mittere margaritas aī porcos, cum nos  
nec dū eundē sanctū & easdē margaritas habem⁹,  
q̄s mittamus ante porcos? Et quasi ad hæc domi  
nus respōdens, infert Petite & dabitur uobis. Tri⁹  
enim dixit: petite, q̄rite, pulsate. Petite a deo sanita  
tem & firmitatē animi, ut possitis ea implere q̄ p̄c  
cipiuntur uobis. Quæritis uia ueritatis, & inuenie  
ris. Pulsate ianuā regni cælestis, de qua scriptū est:  
Hec porta dñi, iusti intrabunt per eam. Hoc em̄ or Psa. 117.  
dñe p̄sequitur omnipotēs deus petitiōes nostras,  
si primū petimus possibilitatē implendi diuina p̄  
cepta: deinde, si uia ueritatis adiuuentiōe studio  
sa requiramus ad ultimum si regni celestis a ulā in  
trare uolumus. p̄cibus & bonis operib⁹ pulsemus.  
Ponamus inde aliquod exēplum: Vides aliquē ho  
minem infirmatū, pedibus ambulare nō ualentē:  
primum medicina sanitatis ei impēditur, ut possit  
ambulare. Ad hoc ptinet quod dixit: Petite, & acci  
pietis. Quid prodest ei ambulare, si nescierit uia  
rectam per q̄ incedere debet, nisi ei recta uia ostendat?